



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

17. An Sacerdos obligatus celebrare in Altari privilegiato satisfaciat, si celebret alibi cum numismate, vel calculo privilegiato? Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. res. 12.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

Priuilegiado; y el Capellan no cumpliese esto, pudiendo, juzgo pue quedara obligado a restituir, pues peco contra justicia, por el daño que se sigue al Fundador. Ita ille, qui citat Fagundez, & Riccium; quibus adde Dicastillum *vbi supra num. 390. & 393.* Marchinum de *Sagratum Ordinis tractat. par. 2. dif. 24. n. 7.* in fine, Posseirum de *Officio Curat. cap. 2. quaf. 2. num. 25.* Fraxinellum de *Sacerdot. obligat. sect. 4. concl. 5. §. 4.* Iordanum in *Elucubrat. tom. 1. l. 4. tit. 1. m. 559.* qui duo nostram sententiam, quam impugnat Tamburinus, in specie docent, & defendant.

## RESOL. XV.

*An Sacerdos institutus, & obligatus ad celebrandum in certo Templo, Oratorio, vel Altari peccet alibi celebrando?*

*Et an obligatus celebrare in Altari Priviliegato, possit, & satisfaciat, si celebret alibi cum numismate, vel calcu-  
lo D. Caroli, vel alterius Sancti?*

*Et in supradicto primo casu, an possit excusari Capellanus  
a mortali ex paritate materiae, vt si bis, vel ter in anno  
in tali Sacello, vel Altari non celebret?*

*Et si non celebret in destinato loco, an teneatur ad ali-  
quam restitutionem? Ex p. 2. tr. 14. Ref. 29.*

Sup. hoc in  
Ref. præterita,  
& in aliis eius primis  
annos.

**S. 1.** Respondeo peccare mortaliter, cum Nauarro *cap. 25. num. 134.* Rodriquez *in sum. tom. 4. c. 5.* num. 6. Azorio *tom. 1. lib. 10. cap. 24. quaf. 8.* Iacobus de Graffis *tom. 1. confib. 2. conf. vnic. de patron. num. 15.* Homobono de *exam. Eccles. par. 1. tract. 4. c. 13. q. 12. 15.* Fraxinello de *oblig. Sacerd. sect. 4. concl. 4. §. 9. n. 3.* Fa-  
gundez de *præcept. Eccles. p. 1. lib. 2. cap. 9. n. 7.* Ratio est, quia in re magni momenti infideliter agit frangendo promisum.

**S. 2.** Hinc à fortiori apparet, me olim cum supradictis DD. recte respondisse, non satisfacere, qui cum in Altari, vt dicunt, priuilegiato, accepta stipe Missam dicere debeat, si in alio loco celebret, existimans cum calcu-  
lo benedicto D. Caroli, vel alterius Sancti animam illius, pro quo celebrare tenebatur, è Purgatorio per modum suffragij eximere posse.

**S. 3.** Puto tamen ex paritate materiae, Capellatum in hoc casu aliquando excusari, vt si, v. g. bis, vel ter in anno in tali Sacello, sive Altari non celebret.

**S. 4.** Aduerte etiam, vt dictum est, peccare Sacerdotem in designato loco minime celebrantem, non tamen teneri ad villam restitutionem, nisi aliquod suffragium defunctis subtraxerit, quia, videlicet, si in designato Altari celebrasset, aliqui ad eum locum conuenissent, vt Sacrum audirent, & mortuos precibus adiuvisserent; & in hoc casu debet Sacerdos defecundum huiusmodi alias precibus compensare. Ita DD. citati.

## RESOL. XVI.

*An Sacerdos institutus, & obligatus ad celebrandum in certo Altari priuilegiato pro animabus Purgatorij sa-  
tisfaciat obligationi, si alibi celebret cum calcu-  
lo. Dixi Caroli, liberante animam à Purgatorio? Ex p. 4.  
tr. 4. & Mise. Ref. 40.*

**S. 1.** Quia hic est *Resolut. 29.* sed me non recte respondisse docet *Res. antec-*  
*ens. 5.* Hinc & sup. in *Ref. 14. §. 1.* cursum post med. Et pro contento in hoc §. v. ltr. ibid. §. Ad secundum, & in aliis §§. eius annos.

**S. 2.** Sed hæc opinio Megalij est vera, quando ille, qui perit Missam in Altari priuilegiato, viuensalter loquutus sit, & nullum Altare particulae determin-

nasset, vt obseruat Fraxinellus *in nouiss. editione de Sacerdotum obligatione, &c. sect. 4. conl. 1. 4. §. 9. num. 3.* quod etiam innuit noster Alfonsus de Leon tract. de *Iubilo, part. 3. num. 29.* Secus autem si postulasse, vt in hoc, vel illo Altari celebraretur, vel quia suum est Altare, vel quia voluit illud honorari, & colligunt enim in petitæ Altari, & non alibi cum calculo bene-  
dicto celebrandum est, alioquin intentione, & voluntati petentis Missam non satisficeret, unde pater responso ad rationem Megalij negando in hoc casu Sacerdotem seruare promissum per æquipollens, & ita nostram sententiam præter Fraxinellum doceat etiam nouissimum in terminis, vt dici solet, terminantibus, Homobonus de Bonis in *consultat. casuum conscientie, volum. 2. part. 5. respons. 60.* & in *exam. Eccles. part. 1. n. 4. cap. 13. quaf. 23. & alijs.*

**S. 3.** Quod vero ego *vbi supra* fini locutus in cau-  
quo Sacerdos deberat celebrare in certo Altari Ecclesiae assignato, eo modo quo *supra* assertum. Doctores citati, pater ex titulo resolut, *vbi* dicitur *an Sacerdos institutus, &c.* & ex ipsis Doctordis quos ibi pro mea sententia citavi, qui in tali casu loquuntur; non ergo, vt assertit Megalij, in dicto casu male responsum dedi.

**S. 4.** Ad id vero quod ipse assertit me non bene ex-  
fare Capellatum ab omni peccato si celebret bis, vel ter in Sacello, vel Altari non designato, respondeo quod ego supradictum in tali casu exculo ex paritate materiae: ergo suppono peccare venialiter, vt certum est peccare omnes qui aliquam obligationem, vel precepitum transgreduntur ratione paritatis materiae, & aliud dicere, est quærcere nodum in scapo.

## RESOL. XVII.

*An Sacerdos obligatus celebrare in Altari Priviliegio  
satisfaciat, si celebret alibi cum numismate, vel calcu-  
lo. Priviliegato? Ex part. 6. tract. 6. & Mise. Ref. 12.*

**S. 1.** Responder affirmatiuè Marchinus de *Sacra-  
mento Ordinis tract. 3. part. 2. cap. 24. num. 3.* quia iste Sacerdos non violat fidem datam nisi materialiter: nam formaliter loquendo iste implet testatoris voluntatem, qui aliud non intendebat, nisi liberari è flammis Purgatorij, quam liberationem Sacerdos celebrans, & vtens numismate, vel calcuulo priuilegiato æquipollente medio à Deo impetrat. Neque verum est datum aliquod inferri animæ testatoris, quia vel hoc damnum sequitur illi ratione inæqualis sacrificij, & hoc non, quia Missa in utroque Altari facta est distin-  
dem valoris: vel attenditur hoc damnum, & quod aliud altare, in quo celebrait, non sit priuilegiatum, & hoc neque; quia liberatio animæ è Purgatorio me-  
dio calculo, vel numismate à Papa benedicto est aque-  
certa & infallibilis, atque eiudem prossim vestitum  
cum illo, quæ medio Altaris priuilegio habetur: &  
nihil refert quid ex æquipollentibus fiat *ex leg. finali,*  
*§. finali, ff. mandati.* Et licet inæqualis esset certudo inter Numismatis & Altaris priuilegium, attamen non cogor eligere certiore partem, sed sufficit eligere probabilem, vel me non habere rationabile dubium  
tale numisma non esse priuilegium, cum illud acce-  
perim à fide digno: seces in omnibus rebus effet am-  
bigendi locus, & de ipso Altaris priuilegio, vel Bulle  
circumstantiis posset eriā quis dubitare non fecit ac  
de ipso Numismate. Ita Marchinus, qui me citato fo-  
lum excepit casum, quo fuerit electus locus, seu Altare  
priuilegiatum causa cultus diuini eiudem loci.

**S. 2.** Non desinam tamen adnotare contrarium finale  
determinatum Bononiae in casibus conscientie ibi  
discutit.

# De Altaribus Priuilegiatis. Ref. XVIII. &c. 13

et anno 1634. mense Februario cas. 1. fol. 9. quia non est ita certum priuilegium numismati concessum sicut certum est moraliter priuilegium altaris. Sed Machini sententiam probabilem esse puto, quam nullum cum limitatione à me superius adducta, tener aut. Rur. de Fructu Sacrifici. Missa lib. 3. disp. 3. q. 3. n. 10.

## RESOL. XVIII.

*Ad Sacerdos, qui debebat celebrare in Altari priuilegiis, satisfaciat obligationi dicendo Missam in alio Altari cum Indulgencia apposta alicui Medalia?*

*Et aderit Sacerdotem non satisfacere, qui obligatus ad Missam priuilegiantam applicat ipsi defuncto Indulgenciam plenariam aliunde acquisitam, ut per visitationem Ecclesie, &c. Ex p. 9. tr. 1. Ref. 12.*

Negantum sententiam docent Gauantus, Hombonus, Bonac. & Cardinalis Lugo, quos adducit Hieronym. Garcias in summa morali, tract. 3. disp. 11. dub. v. 1. n. 14. quibus addit Lezanam in summa, n. 4. verb. Missa, n. 45.

Sed ego non recedo ab affirmativa sententia, quā dīm docū, & quam me citato, tenet nouissimē doctus Pater Garcias, ubi supr. n. 15. [Porque esto Sacerdote (at ipse) no violó la fe dada, sino solo materialmente, pues es cierto, que formalmente hablando y a cumplir la voluntad del testador, el qual no pretendió otra, que liberar su alma de Purgatorio por medio del Sacrificio; aora que sea por priuilegio de Altar, y de Medalla, o cuenta, es accidentario. Ni obstante decir, que se haze agrauio al testador, porque este agrauio, o resulta de la debigualdad del Sacrificio, y esto no se puede decir; porque el Sacrificio es de igual valor en cualquier parte que se diga; o resulta de que en el otro Altar donde dice Misas, no es priuilegiado, ni esto tam poco es cierto: porque el sacar anima de Purgatorio igualmente lo concede el Pontifice al Altar, à la Medalla, y aunque pueden dezirme que la Indulgencia de la Medalla, o cuenta, no es tam cierta como la del Altar, pero esto puede ser falso, porque si a mi me confi, o porque me halle en Roma, quando bendixio el Pontifice la cuenta, ó Medalla, ó me la ha dado vna persona de quien tengo grande satisfacion porque no ha de ser tan cierta como la del Altar; Pero dado que sea así, yo no estoy obligado a escorger, o hazerlo certissimo, basta que siga lo muy probable, y de lo que yo no tenga duda, y quicá la puedo tener tambien de las circunstancias de las Indulgencias del Altar, como de las de la cuenta, o Medalla, lo qual seruirá de gran consuelo para los escrupulosos, y por lo menos seruirá para quando ya vine a dezir Misas à vn Altar priuilegiado, y a la ocupado, que en tal caso si tiene Medalla, podra passar á otro que no lo sea, sin escrupulo.] Ita ille.

Idem etiam docet Rub. de Sacrificio Missae, lib. 3. disp. 1. q. 1. dub. 5. n. 10. ubi ita assert: [Quæritur, an obligatus ad dicendā Missam pro defuncto in Altari, vel Ecclesia priuilegiata, satisfaciat obligationi, dicendo alio cum intentione cā animā liberandi ē Purgatorio per indulgentias appensas Medalias, quas ei applicat? Respondō, si rogans cā Missam, voluerit in Altari, vel Ecclesia speciali eam dici, ad maiorem Ecclesia frequentiam, & populi commodum, &c. certum est, teneri Sacerdotem in Ecclesia, & Altari I pecificato celebrare; alias purgandi est cum satisfacere obligationi. Ratio est, quia Pontifex aqualem Indulgenciam plenariā concessit celebrantibus cū Medalia benedicta, ac in Altari, vel Ecclesia priuilegiata, & Indulgētia sunt æquales virtutis in atrocē propinquidē nulla iniuriam facit Defuncto. Adidicimus tamen, hac in re posse quandoque esse periculum non satisfaciendi obligationi; quia Misā certa priuilegiata exigitur, qualis est dicta in Altari priuilegiato, quod tale est per expressas Bullas Pontificias, Tom. IV.

Medaliæ verò non semper sunt ita certa, & quandoque circumferuntur quæ dictas Indulgencias appensas non habent; vbi igitur est moralis aliqua certitudo dictæ indulgentiæ, licet fieri potest, & praxis communiter est talis. Aduerre tamen, Sacerdotem non satisfacere, qui obligatus ad Missam priuilegiatam, applicat solum ipsi Defuncto Indulgenciam plenariam aliundē acquitam, ut per visitationem Ecclesiae, &c. quia, licet utraque Indulgencia sit æquæ certa, & in nostra sententia liberatur sit animam ē Purgatorio; contraxit tamen vterius obligationem ex iustitia applicandi eidem animæ Missæ Sacrificium, cui sub mortali satisfacere tenetur.] Hæc Rubeus.

Ita dicendum est in nostro casu, quod qui suscepit onus celebrandi pro aliquo in Altari priuilegiato, obligationi suæ satisfaciat, si alibi celebrans, numismate, vel calculo priuilegiato, quod aptū est ē Purgatorio animam eripe, in eiusdem animæ remedium vtatur; quia iste Sacerdos non violavit fidem datam, nisi materialiter: nam, formaliter loquendo, iste implevit testatoris voluntatē, qui aut nō intendebat, nisi liberari ē flammis purgantibus; quam liberationē celebrans, & vtrum numismate, vel calculo priuilegiato, & equipollenti medio à Deo impetrat. Neq; verum cīle credimus, damnū aliquod inferni animæ testatoris: quia, vel hoc damnū sequitur illi ratione inæqualis Sacrificij, & hoc non, quia Misā in vitroq; Altari facta eiusdem est valoris. Vel attendit hoc damnū, èd quod aliud Altare in quo celebravit, non sit priuilegiatum: & hoc, neque, qui liberatio animæ ē Purgantibus penit. medio calculo, vel numismate mihi à Papa benedicto est æquæ certa, infallibilis, atque eiusdem prorsus vtilitatis cum illa, qua medio Altaris priuilegiō habetur. Neq; refert, quid ex equipollentibus fiat, l. final. §. final. vbi Glossa mandari. Et licet inæqualis est certitudo inter numismatis, & Altaris priuilegiū attamen non cogor eligere certiorē partem, sed sufficit eligere probabilem, vel me non habere rationabile dubium, tale numismata non esse priuilegiatum, cū illud acceperim à fide digno: secū in omnibus rebus effet ambigendi locus, & de ipso Altaris priuilegio, vel Bullæ circumstatiis posset etiam quis dubitare, non secū ac de ipso numismate. Et ita postquam ego hanc sententia docui, illa sequuntur, me citato, March. de Sacram. Ordinis, tr. 3. p. 2. c. 24. n. 8. & me citato, Pasqualig. dec. 417. & hanc sententia etiam, me citato, tenuique probabile, admittit, amicissimus Pater Pelizarius in Man. Prelat. tom. 1. tr. 5. c. 9. seq. 3. n. 80. & me citato etiam tenet nouissime Leandrus de Sacram. tom. 2. tr. 8. disp. 7. q. 70.

## RESOL. XIX.

*Si in Altari priuilegiato celebrari non potest, ad quid teneatur Sacerdos?*

*Et an Sacerdos obligationem habens celebrandi in aliquo Sacello, Capella, vel Templo, vel tali hora, si in his oriarum impedimentum, aliquod celebrare in eiusdem locis non possit, non teneatur alibi celebrare, quoties veneratio loci, vel temporis prædefiniti à testatore intenditur, secū si satisfactio suorum peccatorum intendatur. Ex p. 9. tr. 1. Ref. 13.*

§. 1.\* Ceterum est, quod tenentur celebrare Sacerdotes in loco illo, Ecclesia, scilicet, Oratorio, Capella, vel Altari in quo promiserūt celebrare, vel in quo instituta est Capellania; ad id enim obligantur ratione fidelitatis, & promissionis factæ: immo alter facies videtur, regulariter loquendo, peccare mortaliter, quia in re magni momenti infideliter agit frangendo promissum. Et fundator ordinando Missas illis circuitus vestitas, non solum intendit prodesse Defunctoru ani- mabus, sed etiā alicuius imaginis, & Altaris specialem

\* Sup. prima  
diffic. huius  
§. sup. in Ref.  
14. §. 1. & 2.  
& in aliis §§.  
corū annor.  
signat̄e po-  
sit in an-  
not. 1. §. 2.  
dict̄ Ref.